



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Prologvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702



DIONY

SIL A RICKEL CARTHVSIA NI
Summariū siue Epitome, nō in Acta tñm Apo-
stolorum, sed & reliqua vtriusq; instrumenti
oracula : q̄ qcqd in iis nobilium est sentētia
rū, quas vulgo authoritates dicunt, mi-
ro artificio ob oculos ponitur.

PROLOGVS.

Ota sacræ Bibliæ scriptura di-
stinguit in duo Testamēta. Ve-
tus videlicet & Nouum. Testa-
mentū vetus diuidit in libros,
Legales, historiales, Sapientia-
les, & prophetales. Legales vo-
cant in qbus leges iudiciaq; ore dei ædita, p-
mulgant. Et sunt numero qnq;, videlicet Ge-
nesis, Exodus, Leuiticus, Numeri & Deutero-
rium. Quibus rñident in nouo Testamento
Euangelium scdm Matthäum, Marcum, Lu-
cam & Iohannem. In quibus lex noua a Chri-
sto tradita, continetur. Historiales dicuntur
in quibus historiæ rerum gestarum narrant.
Et sunt numero .v. Iosue, Iudicium, Ruth, Re-
gum libri quatuor. Paralipomenon lib. duo,
Esdra lib. duo (nam Esdra tertius & quar-



E P I T O . E X G E N . F . C X X I I I .
tus Apochryphi sunt scdm Hieronymum) Tobiæ, Iudith, Hester Iob & Machabæorum lib. duo. Quibus in novo Testamē. r̄ndet liber Actuum apostolorum, in q̄ res per Ch̄ri apostolos gestæ & decursus nascentis ecclesiæ describuntur. Sapientiales vocantur in quibus & a prudētia & sapiētia docetur. Et sunt quinque numero, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica, Sapientiæ & Ecclesiasticus. Quibus in nouo Testamento r̄ndent Pauli apostoli Epistolæ. 14. ad Romanos. 1. Corinthios duæ, Galatas. 1. Ephesios. 1. Philippenses. 1. Colossenses. 1. Thessalonicæ. 1. Timotheum duæ, Titum, 1. Philemōem. 1. Hebræos. 1. Iacobi apostoli Epistola. 1. Petri apostoli duæ, Iohannis tres & Iudæ una: quæ septem posteriores canonicæ appellantur. Prophetales nuncupantur in quibus ventura p̄dicuntur, & sunt numero. 18. puta Psalterium, Esaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel Osce Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abachuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Quibus in nouo Testamento Apocalypticis Iohannis apostoli r̄ndet in q̄ libro p̄dicuntur multa de Christo & ecclesia, de reproborum & electorum statu futuro.

¶ Genesis habet cap. L. Et agitur in eo de mundi & oīm creaturarū exordio. De diluvio & Arca Noe, atque linguarū confusione, De electione populi dei, & de descensu eiusdem in Aegyptum.

Caput. I.

In principio creauit de° cælū & terrā, &c. Prima die facta est lux (i. substātia de q̄ q̄rta die factus ē sol)
Secunda die factum est firmamentum, qd diuidit inter aquas quæ supra cælos sunt, & inferiores. (Firmamentum est cælum stellatum)

Tertia die congregatæ sunt aquæ inferiores i locum unum, p̄tulitq̄ terra herbâ virêtē & lignum nomiferū

Q 4